



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Originvm Monasticarvm Libri IV.

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1620

Cap. VII. De Huegensi Abbatia apud Burgos, & de Congregatione monialium S. Annæ in Hispania.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11249

CAPVT VII.

*De Hulgenſi Abbatia apud Burgos, &
monaſterijs eidem ſubiectis: i-
tem de Congregatione re-
formata S. Annæ in
Hispania.*

HAud procul à Burgenſi vrbe nobili apud
Hispanos viſitur *Hulgenſe* monialiũ cœ-
nobium, ord. Cifterciensis, Sedi Apoſtolice
immediatè ſubiectum, ſi quod aliud, lógè di-
tiſſimum ac nobiliſſimum; vtpote ad quod
non niſi illuſtri genere natæ virgines admit-
tuntur. Fúdatorem agnoſcit *Alfonſum* Hispa-
niarum Imperatoré. Subſunt illi viginti am-
pliùs monialium cœnobia, in quibus Abba-
tiſſa Hulgenſis ſolet Abbatiffas cõſtituere; ea-
demq; per ſuos Deputatos viſitare ac corrige-
re.

Eadem Abbatiffa habet auctõritatem creã-
di *Equites*, qui Crucem geſtant, haud abſimile
Calatrauenſi, in veſte exteriori. Sunt ij tribus
votis monaſticis obſtricti, adeoq; ad nupti-
as tranſire non poſſunt.

Congregatio monialium *S. Annæ* noſtra
ætate initium ſumpſit in vrbe *Valliſoletæ-
na*; vbi primum monialium regularis obſer-
uantia cœnobium, titulo *S. Annæ*, eſt ædifica-
tum. Sunt alia deinde *Toleti, Talaueræ, Madri-
ti,* &

ri, & alibi excitata: in quibus, præter abstinentiam à carnibus, summus disciplinæ monasticæ viget rigor: vt monialibus Carmelitanis discalceatis parum aut nihil cedere videantur.

CAPVT VIII.

De Cisterciensium monasterijs, Deiparæ cultu ac Miraculorum gloria claris in Belgio.

EThi omnia ac singula Cisterciensis instituti cœnobia Virgini matri sint dicata; ex ijs tamen nōnulla præ reliquis Deus Opt. Max. Miraculorum splendore, ac frequētiore hominum concursu nobilitauit. Inter Belgica (nam de alijs alij dicent) eminent *Camberona* in diœcesi Cameracensi, *Laus B. Mariæ* in Tornacensi, & *Villarium* in Namurcensi sitū.

Camberona ampla atq; illustri Abbatia, in Comitatu Hannoniæ, tertio lapide à Montibus, quæ vrbs est metropolitana, amœno loco sita, anno salutis millesimo centesimo quadragesimo octauo à S. Bernardo Claræ Vallis Abbate initia sua accepit. Hoc in monasterio visitur imago Deiparæ, quæ anno millesimo trecentesimo vicesimo secundo à Iudeo quodam perfido læsa cū fuisset, mox sanguinem emisit. Historiam miraculorum illius loci cōscripsit V Valrandus Caoltius, & Duaci anno 1606. publicauit.

Apud